

## Band II., Nr. 325, Seite 41-42

*Der Dienstmann des hl. Veit in Ellwangen, Sigeboto, übergibt, in  
Gemeinschaft mit seinem Bruder Diemo, den hl. Märtyrern Sulpicius und  
Servilianus daselbst seine Besitzungen in Westhusen.*

Ohne Ortsangabe, 1147.

Noverint omnes Christo credentes tam posterī quam presentes, qualiter ego Sigeboto, ministerialis sancti Viti Elewangen, pro ęterna mercede possessiones meas, quas pater meus Sigeboto, obeunte matre mea, a quodam Marchwardo de Gattenhouen et Wolframno de Westhusen comparavit, et ego a quadam Friderūn et filiabus eius Elisabeten et Salome cęterisque filiis eius et a Marchwardo ceco coemi in villa quę vocatur Westhusen, unā cum fratre meo Diemone, absque omnium hominum contradictione, ad memoriam beatorum martyrum Sulpicii et Seruiliani delegavi, Burchardo, sororis meę marito, et fratre eius Wolframno de Hiltewarteshusen astantibus et astipulantibus. Acta sunt hęc temporibus venerabilis Adalberti abbatis, ea condicione, ut uxor mea Mathildis et dilecta filia mea Hilteburgis et filii nostri posteritasque ipsorum annuatim in paschali septimana censum sex Elewangensium denariorum persolvant, et sine omni iudiciarię potestatis, abbatum videlicet, inquietudine libere possideant. Huic delegationi presentes affuerunt: Sigefrith de Swaberberch. Sigefrith de Westhusen. Diemar et frater eius Sigefrith et Rōdeger de Elwangen. Marchwart et filius eius Folchmar et Reginmar de Brunnen. Walchun et frater eius Rōdolf de Adelmannesfelden. Rōdolf et frater eius Rōdeger de Cohen. Ödalrich de Roden<sup>1</sup> et domini claustrales: Billung. Fritelo. Diepoldus custos. Sigefridus et alii quam plures. Acta sunt hęc anno dominicę incarnationis millesimo centesimo XL<sup>simo</sup> VII<sup>o</sup>, regnante Cōnrado rege II. Si quis autem hęc infringere nititur, in maledictione beatę Marię matris et virginis permaneat usque dum a tali violentia respiscat. Amen.

—

Aus einer dem 12. Jahrhundert angehörigen Handschrift der WLB Stuttgart mit der Signatur: Biblia fol. nr. 55, wo ein leerer Raum auf der zweiten Spalte der Rückseite des ersten Blattes damit ausgefüllt wurde. Die Schrift der Urkunde ist aus demselben Jahrhundert. <br> <br> Eine gleichlautende Abschrift auf Papier aus neuerer Zeit befindet sich unter den Urkunden des Stifts Ellwangen im Königlichen Staatsarchiv.

<sup>1</sup>Wahrscheinlich Leinroden, das heißt die dabei befindliche Burg, nicht Hohenroden.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

WLB Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

cod. bibl. 2° 55, 1v

**Überlieferung und Textkritik:**

Abschr. im HStA Stuttgart B 393 Bü 380

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**

Adelmannsfelden Wohnplatz (4247)<br> Adelmannsfelden, AA<br> Bronnen Wohnplatz (4726)<br> Bronnen, Neuler, AA<br> Ellwangen (Jagst) Wohnplatz (4362)<br> Ellwangen (Jagst), AA<br> Gattenhofen, Steinsfeld, AN<br> Hilgartshausen Wohnplatz (3206)<br> Hilgartshausen, Rot am See, SHA<br> Oberkochen Wohnplatz (4757)<br> Oberkochen, AA<br> Schwabsberg Wohnplatz (5165)<br> Schwabsberg, Rainau, AA<br> Unterkochen Wohnplatz (5153)<br> Unterkochen, Aalen, AA<br> Westhausen Wohnplatz (5037)<br> Westhausen, AA